# INCIPIT LI
# BER AUGUS
# TINI DE BAP
# TISMO·

IN EIS LIBRIS
QUOS ADVER
SUS EPISTO
LAM PARMENI
ANI QUAM DE
DIT AD TICHO
NIUM SCRIPSIMUS·
PROMISIMUS NOS
DILIGENTIUS QUESTI
ONEM BAPTISMI
TRACTATUROS
QUOD ETIAM SI NON

ibi promitteremus· debitum
tamen a nobis flagitantibus
fratribus meminimus & agnos
cimus· Quapropter in hoc
opere adiuuante dño suscepimus.
non solum ea refellere quae de hac
re nobis donatistae obiectare
consuerunt· sed etiam de beatissi
mi martyris cypriani auctori
tate· unde suam peruersitatem
ne ueritatis impetu cadat fulcire
conantur· quae dñs donauerit
dicere· ut intellegant omnes qui
non studio partium caecati iudi
cant· non solum eos non adiuuari
auctoritate cypriani· sed per ipsam
maxime conuinci atq· subuerti·
Iam quidem in supra memoratis
libris dictum est· ita posse extra
catholicam communionem dari
baptismum· quem admodum
& extra eam potest & haberi·
Nullus autem illorum negat
habere baptismum etiam aposta
tas· quibus utique redeuntibus.
& per paenitentiam conuersis.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm21218/0005